

199* In eodem museo Obizziano Cataiensi qui reperiuntur tituli infra scripti ablegati sunt inter urbanos sive veros sive falsos; nam quidam eorum aut ficti sunt aut certe interpolati.

deo sancto Marti	Furlanettus lap. Pat. n. 9.
C. Anni C. lib. Campestris	" " " n. 373.
L. Aur. Severo	" " " n. 217.
C. Calavi Hermetis	" " " n. 265.
* . . etil. Crescenti	" " " n. 552.
L. Eutichio Camillo	" " " n. 129. Fictus opinor.
* . . C. Gemini C. O. I. Dionysi	" " " n. 474.
Hermiae	" " " n. 232. Interpolatus.
C. Iulius	" " " n. 109. Interpolatus.
III non. Iun. Iustus	" " " n. 104. Fictus opinor.
*N. Latinio Anteroti	" " " n. 481.
Secundinae Paternae	" " " n. 331. Interpolatus.
*Serviliae C. I. Asclepiae	" " " n. 521.
rege et crede	" " " n. 529.

Quibus asteriscum praescripsi, ii testimonio originis deficiente reiecti sunt inter urbanos propter formam.

200* T. Flavii Vibiani titulus urbanus (Grut. 684, 5) a Salomonio 1696 p. 126 collocatur Montagnanae, mero errore opinor.

XVII. PATAVIVM.

201* Inter Patavina reperiuntur apud auctores antiquiores non pauca medio aevo conscripta non fraudandi, sed memoriae causa, ut versus de inclito Antenore (Grut. spur. 9, 7) et epigrammata de origine Bassani (Reines. 2, 35) et in honorem Hannibalis (Reines. 3, 65), quae ab hoc loco aliena sunt neque extra ordinem recipienda, cum neminem fallere queant.

202* tabula aerea apud episcopum Paduanum FELIC. et RELIQUI; 'dicitur fuisse Paduae in tabula aenea apud R. D. Petrum Donato olim episcopum Paduanum' IUC. 'Nunc est apud Iohannem Marchanovam MARCAN. (Mut.). Patavii in summo templo FABRIC. Hodie Cantabrigiae in museo Disneiano.

.s.
 herculi inuicto
 paulus. aemilius. imp.
 macedoniam terrarum
 5 imperio. positam. coepit
 cuius uno die. lxxii
 urbes uendidit etiam
 indiae uictor per uestigia
 liberi patris atq. herculis
 10 romana signa circumtulit

 d. d. d. d.

Vidit Huebnerus et perite fictam esse monuit. Proponunt Felicianus Pat. 27; Marcanova cod. Mut. f. 56' et f. 163' Pat. 64 (inde Scardeonius p. 60); Ferrarinus cod. Trai. f. 50', cod. Reg. Pat. 27 (inde Mur. 1802, 2 ex schedis Capponiis); Petrus Sabinus cod. Marcan. f. 248; Iucundus Pat. 8; Sanutus f. 54'; Apianus 342, 2; Fabricius antiq. p. 73 (inde Grut. spur. 9, 3). Ex his Ursatus 1652 p. 340; Furlanettus p. 462 n. 732. Museum Disneianum (Londini 1846) p. 91.

Falsam iudicavit iam Sabinus. 'Neminem vidisse' quamquam Iucundus scribit, tamen Felicianus sic: 'apud episcopum vidi legique' idemque iisdem verbis repetunt qui eum expilarunt Marcanova Ferrarinus Sanutus. Textum dedi Huebneri; Feliciani varia lectio haec est: 1. 2 om. — 3 aemylus imp. n. — 5 potitam — 8 indie — 11 om.

203* Patavii in quadam urna antiqua.

<i>Felic.:</i>	<i>Red. Gud.:</i>
OSSA	
I·O·SVO·A·T	D·I·OLIMP·X
GRATAE	
OLYMP·XDCI	

Urnae ansatae inscriptam proponit Felicianus Pat. 1, a quo aperte sumpserunt Ferrarinus cod. Trai. f. 45', cod. Reg. Pat. 4; Lilius f. 57; Marcanova cod. Mut. f. 157 Pat. 6 (ex eo Scardeonius p. 58; Grut. 1135, 4 ex Scardeonio); Ursatus 1652 p. 301 a prioribus; Furlanettus p. 446 n. 660 item. Diverse Redianus f. 58 n. 43 (inde Gud. 337, 9) et Gudianus 253 f. 17, si quidem eadem fraus est, in ipso saxo scilicet commissa.

204* in territorio Patavino FELIC. et PLERIQUE; 'etiam Romae via Tiburtina' add. FERR. (REG.). Via Tiburtina BEMB. WINGH. Romae SYM. Sine loco PEHEM.

heus uiator miraculum hic uir et uxor non litigant qui sumus non dico at ipsa dicam hic bebrus hebrus me bebrum nuncupat non dico amplius hei uxor etiam mortua litigas

Felicianus Pat. 11 videtur finxisse; certe potuerunt sumere ab eo qui praeterea habent Marcanova Mut. f. 163 Pat. 58 (inde Pingonius f. 233); Ferrarinus cod. Trai. f. 46', cod. Reg. f. 12; Lilius f. 56; Lollius cod. Mut. p. 20. Inter urbanas referunt L. Pehem cod. f. 100; Io. Bembus cod. Monac. f. 20'; Alciatus Feae f. 4; Symeoni obs. p. 6, epit. p. 6; Apianus 314, 1; Winghe cod. Bruxell. 2, 39' ex schedis Ang. Colotii; Grut. spur. 18, 1 'citatur a plurimis, sed diversimode'.

dis manibus ante heus uiator, post id paulisper consiste ins. Grut., ut alia mittam minoris momenti. — etiam defuncta garris in fine Sym.

205* Paduae in capella episcopatus altaris.

sanctis sacrum

Proponitur primum a Feliciano Pat. 12 una cum praecedente et sequente; quare falsam potius credo quam recentem. Habent item Marcanova Mut. f. 163 Pat. 59; Ferrarinus cod. Trai. f. 47, cod. Reg. Pat. 13; Sanutus f. 56'.